



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Nucleus Practici Tractatus, De Legibus

Marchius, Ewald

Coloniæ Agrippinæ, 1660 [erschienen] 1661

§. 40. Spiritus & carnis luctam internam, & qualiter se homo circa illam gerere debeat, explicat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42256

§. 40.

Spiritus & carnis luctam internam & qualiter se homo circa illam gerere debeat, explicat.

Spiritu ambulate, & desideria carnis, non perficietis. Caro enim concupiscit adversus Spiritum, Spiritus autem adversus carnem, ad Galat. 5. v. 15 & 16.

Spiritus & Caro, cum semper luctentur in armis,

b Et Mundi ac Sathanæ, nunquam certamina desint,

Nostraque diversis sit vita objecta periculis.

Quis solus poterit; pugnaces vincere turmas?

c Non nisi, qui vigilans, semperque paratus ad arma,

Divini clypeo bene sit munitus Amoris:

Nullus confidat nimium, nec stare quietus


Tentet, at in cunctas partes, sua lumina flectat;

Uritur insidijs hostis, nec prodit aperto

Marte, sed improvidum, trahit in sua vincula captum:

d Hinc semper pavidus, nulli confide quieti,

E 7

EXO-

a Hebr. 6. **b** Ephes 6. **c** 1, Pet. 5. **d** Prov. verb 28.

110 *Nucleus mysticus Legis*

Ex oraq; Deum, tua qui certamina cernit,
a Ut ferat auxiliū, assistat, defendat ab ho-
ste,

Tunc securus eris, victoria certa sequetur,
Confususque hostis fugiet, pacemque relin-
quet

b Ad tempus, minimeque tamen, cessabit ab
armis,

Invenietque novas artes, fraudesq; nocendi.
Hinc repetenda prior pugna est, roburque
virile

Sumendum, nec danda quies, nisi morte per-
acta

§. 41.

*Virtutem PATIENTIÆ ac ejusdem utili-
tatem & necessitatem describit.*

Omne quod tibi applicitum fuerit accipe, &
in dolore sustine, & in humilitate tua PA-
TIENTIAM habe, Eccl. 2. v. 4.

In PATIENTIA vestra possidebitis animas
vestras, Luca 21. v. 19.

PATIENTES igitur estote fratres usque ad
adventum Domini, Jac. 5. v. 7.

INter virtutes, Cœli queis regna meremur,
Præcipue excellit duri PATIENTIA vi-
atrix,

a Rom. 10 b Luca 11.